



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. VII. Sanguis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

IV.

Quoties tutor per administrationem tutelæ impeditur, ne suis rebus præesse & inde certum lucrum capere possit, toties salarium petere potest. Quia nemini officium suum debet esse damnosum.

Limita: ut tamen non propriâ sed magistratûs auctoritate ipsi constituitur salarium. Carpz. *P. 2. Const. 11. def. 40. in fin.*

V.

Salarium augeri & minui debet auditis & diminutis laboribus. Menoch. *de Arb. Jud. quæst. cent. 3. cap. 223.*

VI.

Magistratus nemini potest salarium constituere sine iussu Principis *l. un. C. de præben. salar.*

Limita: (1.) Medicis, Professoribus, & ubi publica causa exigit *l. 4. §. 2. de decret. ab ord. faciend. l. 1. C. de Decret. Decur.* (2.) Civitates Regiæ, non municipales, senatoribus syndicis possunt, aded ut si deficient civitatis redditus, rectè modica collecta imponatur. (3.) si ita consuetudo obtineat. Perez. *C. de præb. salar. num. 1. 2. segg.* Ceterum nec augeri potest salarium inconsulto principe ob tenuitatem pretii & laboris magnitudinem. Brunnem. *ad l. un. C. d. t.*

VII.

Salarium non est dandum iis, qui nullam aut exiguam præstant operam, vel qui otiosi aut inutiles sunt; imò quod datum est, iis est aufereendum. Perez. *C. de præb. salar. n. 4. §. tit. C. de Profess. & Med. n. 6. in fin.*

Limita: Impeditis, per quos non stetit, quo minus operam præstiterint, integrum salarium solvi debet. Perez. *C. de Profess. & Med. n. 9.*

VIII.

Dato officio præsumitur solitum salarium, promissum. Brunnem. *ad l. un. C. de præb. salar.* si autem varium fuerit salarium, id solvendum officio, quod longo tempore fuit solutum, quodque habuit prædecessor. Perez. *C. eod. num. 10.* Et, si is, qui olim jam officio functus est, de novo assumatur, eodem salario, quò ante, reductus censetur. Perez. *C. de Profess. & Med.*

IX.

Qui sentit commodum salarii, sentiat onus laboris. Brunnem. *ad l. 14. C. de susceptor. in fin.* & quidem pro rata temporis laborisque, Perez. *C. de annon. civil. n. 7.*

X.

In casu publicæ necessitatis minui possunt salaria eorum, quibus satis provisum, ut ex iis præsentis necessitati subveniatur, imò possunt inutilibus aulicis auferri. Perez. *C. de superind. num. 4.*

CAP. IV.
Salus.

Salus Reipublicæ suprema lex esto, *l. quod semel 5. de decret. ab ordin. faciend. & supr. lib. XIV. cap. Patria Ax. 2.* Hinc malè infert Mæstert. *1. de Justit. Roman. LL. c. 7. numer. 4.*

nullam Legem latam esse principaliter ob favorem privatum, *vid. supr. lib. I. cap. de Anima.*

CAP. V.
Salutatio.

Salutatio signum est reconciliationis, Schneidev. *lib. 4. Instit. de injur. §. fin. num. 3.* sicut è diverso salutationis subtractio signum est inimicitiarum, gloss. *in c. cum Adrianus 29. dist. 63.* ubi vid. Barbof. & ideo potest talis ut suspectus recusari, arg. *c. cum super Abbatis 23. de of. sic. deleg.*

Intellige verum, si nimirum antea solitus salutare, Barbat. *in proæm. Clem. in §. salutem. Gothofred. in addit. ad Schneidew. lib. Instit. de injur. §. fin. num. 4. lit. f.*

CAP. VI.
Sanctitas.

Axioma I.

Sanctitas non ex generis nobilitate vel dignitate innoscitur, sed ex fidei puritate & morum honestate, *c. nos qui 3. dist. 40.*

II.

Quorum sanctitas est æqualis, eorum etiam festivitas debet esse æqualis, *cap. scire debet 8. dist. 76. Welsenb. conf. 41. num. 147. Treutl. conf. 14. n. 191. Goeden. conf. 21. num. 5. Joh. Goedi. 3. conf. Marp. 32. n. 28.*

CAP. VII.
Sanguis.

Axioma I.

Sanguinis causa in Ecclesia agitari non debet, *c. cum Ecclesias. extr. d. immunit. Eccles. & ideo sanguinis poenam Clerici inferre non debent, cap. sepe 23. quæst. 8. cap. Clericis §. c. penult. extr. ne Cler. vel Monach. c. in Archiepiscopatu 4. extr. de raptor. c. ad audientiam 3. extr. de crimin. iuss. sed debent aliis causam hanc delegare, cap. ult. ne Cleric. vel Monach. in 6.*

II.

Jura sanguinis non mutantur, *l. jura sanguinis 8. de R. I. neque pactis subiacent, l. jus agnationis 34. ff. de pact. Welsenb. 1. conf. 2. num. 59.*

CAP. VIII.
Sapiens, peritus.

Axioma I.

Cognito facto, perito homini jus in facili atque in proclivi est, Cujac. *in præfat. recit. ad lib. Cerevid. Scævole.* Ita de Arillone Plinius *lib. 1. epist. 22.* Jam quanta sermonibus ejus fides? quanta auctoritas? quam pressa & decora cunctatio? quid est quod non statim sciat, & tamen plerumque hæsitat, dubitat de diversitate rationum, quas acriminoque judicio ab origine causæque primis repetit, discernit, expendit.

II. 22.